

Divisio  
per Dan-  
dam.

Maximè tamè mihi probatur modus ille diuidendi, quem Itali (per Dandam) vocant, qui securissimus est: quia statim operatio corrigi potest, si forte in Quotiente posita est figura nimis magna, vel parua, & nunquam figuræ in numero diuidendo delentur. Modus autem est iste, aliquantulum ab eo, quo alij vtuntur diuersus, sed commodior meo iudicio, ac breuior. Sit v. g. diuidendus numerus 1904639. per 2978.

Posito numero cū  
linea curua (scri-  
batur diuisor supra  
locum, vbi quotiē  
reponi solet, vt  
multiplicationes  
reddantur facilio-

Diuisor 2978

1904639. (636  $\frac{1627}{2978}$ )

...

1178..

2849.

1697

17898

8934

26802

producti.

res. Deinde sub 6. vbi staret figura 8. diuisoris, si sub diuidendo numero collocaretur, vt in principio huius cap. diximus, ponatur punctum ad denotādum, ibi inchoandam esse subtractionem. Igitur quoniam 2. vltima figura diuisoris continetur in 19. sexies (quia nouies, vel octies, vel septies, totus diuisor in numero 19046. contineri non potest) ponenda est figura 6. in Quotiente, quæ in diuisorē ducenda est, & simul subtractio facienda, hoc ordine. Ex 6. in 8. fiunt 48. quæ ex numero 19046. subtrahenda sunt: sed quia figura 8. maior est quàm 6. auferemus 8. ex 10. residuoq; 2. addemus 6. summamq; 8. sub 6. collocabimus, seruando 5. in mente (nimirū 4. propter 40. & 1. propter 10. à quibus subtracta fuerūt 8.) Deinde ex 6. in 7. fiunt 42. & additis 5. ser-

uatis